



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§. 13. Quandoquidem tentet diabolus sanctiores, quo perdat, tu corripe quo lucreris, nequiores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

tem, & frumentum in terram deijciat. Cui, quæso  
fiat, tua iniicitur mellis futuræ fiducia? Do-  
mine, quod frumentum, hoc sit selectum,  
magnamque in se contineat virtutem, ut celo  
faucite, radices mittat, & in aristas spical-  
que confurgat frugiferas. Mea non illi dedit  
hanc manus virtutem, sed illam in se conclu-  
dit, celestibus roboratam influentijs. Sanctæ  
sermo correctionis, semen est divinum: et-  
nim Dei verbum est, & vivum: *Vivum est ser-  
mo Dei, & efficax, penetrabilior omni gladio  
accipit.*

Denique Deus est, qui suo gratia celestes  
depluit influentias, unde radices mittat, & fructi-  
ficat. Hoc Apostolus Paulus de sua facebatur  
predicatione: *Verbum Dei crevit, & fructificat.*  
Et hoc meæ manus virtuti non tribuendum, qui  
verbum semino, sed ipsius verbi potentia quod  
vivum est, celestibusque influentijs adscriben-  
dum. O quam copiosam retulerunt Apostoli  
messen, sanctique Doctores Ecclesiæ! Tales quo-  
que tu colliges fructus, non tamen intelligas  
tuam esse, sed meam, quæ hoc in facinore ope-  
rabitur, fortitudo. Incurius spargit agricola,  
vel decidat nucleus, siue granum, siue amygdalum  
in sterquilinum, & post paululum gemi-  
nare vides rubum adeo luxuriosum, quercum, a-  
mygdalum, &c. Quis hoc efficit? vis quam in se  
et insinuat acinus seu semen, concurrentibus ce-  
lestibus influentijs: Num igitur in hoc casu mi-  
nus divino fidendum est verbo, eoque con-  
cursui tribuendum? Num forsitan pluri Deo re-  
fert amygdalus, cucurbita, cucumer, quam ho-  
minis anima ut credas, quod in illo sufficiat irri-  
gare nucleum, id est semen eius, & hic non suf-  
ficiat Dei verbum feminare, illud irrigare? Vi-  
des alterum in peccatum delapsum, & ire for-  
midas illum correpturus? Ut autem non sit co-  
natus tuus perniciosus, imo potius fructuosus,  
prius Deum sic deprecare: Domine, qui mihi  
precipisti: *Vade, corripe &c.* Igitur. *In verbo tuo  
laxabo rete.* Recognita præceptum hoc esse virtu-  
tis, ut diximus, charitatis verò proprium est  
credere, sperare, considerare: *Charitas omnia  
spira, omnia credit.* Bona sua per arua dis-  
pergit agricola, confidens quod Deus eius non  
deceat sementi, sicut enim desiderat, amatque  
proventum, sic bono animo confidens suum ex-  
ponit & triticum, & laborem. Si proximum  
diligeres, si eius optares salutem, absque du-  
bio fructum sperares, & de Dei misericordia,  
providentia, bonitateque consideres. His con-  
siderationibus scribit D. Augustinus: *Sobri ferri &*

*frequenter accidit, ut ad horam contrivetur, Epist. 87.  
cum reprehenditur & resistat, & contendat, & ad felicitatem  
tamen postea considerat sicut in silentio, vobis ne. & Rufi-  
mo est, nisi Deus, & ipse &c. Et facit illud, citat.  
in quo est reprehensus, & quantum obis peccatum  
suum, tantum diligit fratrem, quem novit ho-  
stium peccati sui &c.*

§. 13. Quandoquidem ceteri diabolus sanctio-  
res, quo perdat, tu corripe quo lucreris, ne-  
quiores.

**H**anc rationem mirifice confirmat D. Chry-  
sostomus, & potest esse secunda, quæ pro-  
bemus id quod declaramus. Dico: multi-  
vtrum maiorem habere debet vim, malitia diabo-  
li, vel Dei charitas? Nemo dubitat: nullam esse  
comparationem: cum plus possit vel minima  
Dei charitas, quam tota diaboli malitia. totus-  
que infernus. Nunc igitur, responde, (quam D.  
Chrysostomus) quo vsque tendit perverfa diabo-  
li superbia? Ut fidat, & speret, quod suis per-  
suasionibus, aliquid in sanctioribus, atque fide-  
lioribus Dei sit amicis operaturus. Nullus san-  
ctus, quantumlibet meritis eximius, quem non  
aggredietur, suæ fidens potentia, quod illum sit  
evertitur. Videt pissimum Iob, à Deo præter  
modum laudatum, nec ob hoc dissidit, quinimo  
hoc ipso provocatur ardentius, ut in eo, & cum Diabolus  
illo malitia suæ virium capiat experimentum, & semper  
semel à viro probo repercussus, redit euno, nec impetit  
illum de tam firma beneque fundata diffidit de-  
turbare sanctitate. Christum ipsum (inquit Chry-  
sostomus) non veretur impetere, & suis consiliis los per-  
illum rationibus verbisque superare, nec id semel vertat  
tantummodo sed aliàs, & aliàs. Optimè de illo suis fides  
loquitur Dominus ad Iob, ex lectione quam viribus.  
sequitur D. Hieronymus: *Caput eius in navibus  
piscatorum, sicut incus insatigabilis, vbi vulgata L. contra  
nostra lectio scribit: Cum sublati fuerit &c. Iovinian.  
Hoc præterdit diabolus, sanctiores submergere: Iob 41. 17.  
sunt etenim illi, qui mundi pernaugant Ocea-  
num, ad caeli portum contendentes. Hic om-  
nem impedit industria, omnem navat peram:  
Caput eius in navibus piscatorum, & quod via alte-  
raue vice repellatur, ob hoc animum non deijcit,  
ut ab incepto desistat pusillanimitas: est enim  
velut incus durissima, quæ millenis percussa  
non cedit ictibus malleorum; Quasi incus in-  
satigabilis. Demum quid suorum agit perverfa  
nequitia ministrorum? Ha etenim quodlibet ag-  
greditur facinus de victoria sui fidens obtinen-  
da.*

II. ta quod eius militi licet inde sibi augetur peccatis.

da. Luxuriosus an non inuadit ganeo sua stimulat concupiscentia illam quam nouit sanctam, & frequentantem Ecclesiam Sacramenta? Numquid alius sua illectus auaritia furum mediatur, ubi sunt facultates feris uerbisque munitiones? Nec animo despondent, sed illo diabolico principio prouocati progrediuntur: Nihil tentare nocet: unde omnia conantur, omnia mouentur, omnia presumunt, unico motu, forsitan me auscultabit, forte victor egredietur. Percunctor autem) ait D. Chrysostomus) quid per hoc sibi lucratur diabolus? damnum suum, & in quolibet casu graviolem sibi cruciatum. Etenim si non praualeat, si supprimatur, campo cedit confusus, uerecundatur, irridetur. Si praualeat, & quod querit, persuaadat, hinc illi dolor acerbius: cum & ipse, & prostratus ob hoc paui sint torquendi singularibus: hoc enim Spiritus S. D. Ioanni declarat, dum illi ostendit, qualiter diabolus, & ab ipso deuicti colligati infasciculos: Simul in flagnum ignis missi sunt.

Apo. 19. 20. & 20.

Si hoc igitur nequitia possit diabolica, ut ardua quaeque tentet, solis suis confidens viribus, ex hoc uio, si forsitan, idque de suo in quolibet casu, detrimento securus: quid Dei poterit efficere charitas, quae hac tanto est potentior, & meliori potestate ratione prosperum sperare successum, atque ad optatam peruenire uictoriam? Si presumit alter sanctiorem pervertete ex hoc: si forte, suaque illi suggerat concupiscentia fiduciam, quod fieri possit, illam de sua exturbet uirtute, impudicitiae suae propellat iacturam; non poterit in te charitas Dei, fiduciam tibi ingerere, quatenus ex hoc, si forsitan zelosus peccantem reprehendas? Tru-

in cap. 26. Hierem.

stante D. Hieronymus & Theodoretus commisionem a Domino praecipiam Hieremiae. Mandat propheta: pergat, praedicet, reprehendat, arguat populi sui peccatores, & forma uirtutis loquendi non vulgari: Sicut in auro domus Domini, & loqueris ad eos &c. Noli subtrahere uerbum; si forte audiant & conuertantur. Vade, admone illos, si forte audiant, & conuertantur. Idem praecipit eadem formula Ezechiel: idque non semel: Dices ad eos, si forte audiant, & quiescant. Quid hoc rei Domine, si forte cur hoc ponis? Tunc casus ignoras euentum, & quod illis non sit uanis tui profutura correptio? Hac phrasi Deus uertur, respondent illi, ut arbitrij ostendat libertatem, & quod de nullo sit desperandum, utque tu noueris, quod si Deus, qui praescit,

Hiere. 26. 2.

Ezech. 2. 5-7.

III. Sic tu quoque peccatores argue si forte conuertantur.

non profutura prophetarum correptionem, praecipit illi nihilominus, ut hoc agat: Noli subtrahere uerbum: Etenim licet sciat, quod illam non capient, tamen cum libertate polleant arbitrij, illam possunt capere, seque conueterere: Si forte audiant, & conuertantur: Quanto tu magis, qui hanc non habes scientiam certitudinem, quod se non audient, sed quod ut plurimum est possibile, quod te peccatores audient, illos debes corripere, illos adhortari.

Hac erat illa ratio, qua (ut notat D. Augustinus) motus Apollolus suo scribat Timotheo, ut cum patientia, mentisque mansuetudine, quod dam corripet peccatores, tam pertinaces, ueritati resisterent Evangelica: Eos qui resistunt ueritati, ne quando dei Deus illis penitentiam ad cognoscendam ueritatem, & resipiscant a diaboli laqueis. Praesertim uero, (testis D. Chrysostomus) cum tu nihil possis perdere: nam uel se corripit frater tuus, uel haeret obduratus. Si se recolligat ad meliora: proli quam immensum est hoc tibi lucrum: Lucratus es frater tuum: quia pro ut postmodum dicemus licet totum tibi residuum lucreris mundum, huius lucri nihil esset intuitu. Si recalcitret pertinax, tuo non fraudabere praemio, quod coram & a Deo tam magnum obtinebis, ac si quod intendebas, esses feliciter assecutus: Non mercedem tuam perdes etiam si non lucreris frater tuum (audis D. Chrysostomum) si qua ad te pertinent agere studeris, si quidem Deus non secundum honorum operum euentum, sed iuxta forum propositum coronat largiri solet. Mittit Dominus prophetam Isaiam, ut peccatores conuertat: Et cum hinc operi insidialiter impendens labore nimio tandem fatigatus, aduertit, quod nedum non conueterentur, sed peiores redderentur. Illum quantum conuicio moerentem uideo, gementemque ut alterum, audio: Iteum & operam perdidit: quocirca sic ait: Dixi: In uacuum laboranti, sine causa, & ne fortitudinem meam consumpsi. Nullum tibi fructum, in arena edificavi, campoque seminaui in sterilitate. Num tibi, propheta, debuit subtrahendum esse praemium? Nequaquam: etenim praemij mei causa, speles mercedis, non illis immititur, sed Deo, & coram Deo tantam merui laboris mercedem, ac si opus perfectum animo praestitutum: Ergo mercedem meam cum Domino, & opus meum coram Deo meo. Cum Deo pactum ini, illi serui, ab illo te peto, meumque spero praemium.

Has

VI. Merces non effectus, sed labori promittitur.

2. Cor. 3.

Et c. 15.

Luc. 5. 8.

D. BERN.

2. Cor. 11.

23.

Sap. 10.

17.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Et c.

Has rationes mellissimam suam, doctaque descripsit subtilitate D. Bern. ad Eugenium qui licet ad summum euectus honorum pontificatus, inuicem deterebat D. Bern. utique quondam patri suo spirituali, a quo requisivit, quid sibi pro felici Ecclesie regimine agendum incurreret. Hac occasione inscripsit illi D. Bernardus quinque libros: De consideratione, et praxi. Huic autem particulariter instat, ut diligentem suscipiat curam, corripiendis quibusdam peccatoribus, inanis adcoque proteruis, ut nullum pateretur Superiorem: Gens insueta paci, inuicem afflicta, gens immata, et intractabilis, usque adhuc subditi nescia &c. Assero, Pater Sancte, te tales teneri reprehendere, eorumque procurare salutem: Nunc scio: Rides me forsitan, fore incurabilem persuasus. Non hoc te excusat, Primò: non enim tu solus hoc agis negotium, sed Dei manus, cuius potentia per facile est vincto verbo de lapidibus viros iudicare sanctissimos: Scio iudicium cor populi huius, sed potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrabæ. Memento, quod dicat propheta: Quis sibi, sit reuerentur, et ignoscat, et conuertat et sanet eos. Secundò: ac principale tibi notandum, quod non à te Deus requirit, ut de facto conuertas peccatorem, sed id agas, quod est ex parte tua, tibi que possibile. Non etenim dicit: Sana eum, sed corripe eum. Quis sic tibi loquitur, non tibi curationem præcipit, sed curam: Curam exigeris, non curationem. Ad huius confirmationem expendat primò Saluatoris nostri verbum in parabola, de eo qui incidit in latrones, illum enim auolens Samaritanus tuncque in hospitium, non ait hospiti, nec ad illo requisivit, ut hominem illum à vulnibus sanum curaret, sed sollicitam eius curam susciperet: Adisti, Curam illius habes, et non cura vel sana illum. Et bene quidem sic loquitur. Notat enim Saluator noster me ius quam Ouidius quod non imponitur obligatio medico, sanandi ægrotum, sed ut sollicitus ea præstet remedia, quæ medica prælegit scientia infirmo conterenda: Verum dixit quidam. Non est in medico semper reuelatur ut æger, Si præstet, quantum in te est medicus infirmus licet non conualescat, sed ob peruersas vias, moriatur. Qualitates, sua manet illi laus conligna.

mus: Vnusquisque accipiet secundum proprium laborem. Etenim sciebat, quod crebro labor prope foret immensus, & effectus vix vllus, quodque non raro conueni pji. possent operarij cum D. Petro: Per totam noctem laborantes nihil cepimus. Hinc, inquit, procedit, quod licet effectus, quem D. Paulus in peccatoribus operabatur, effectus non minimus, de illo non gloriabatur, sed de labore conuertentis impendio peccatoribus: Paulus loquitur (loquitur & Bernardus) Plus omnibus laborasti: Non autem Plus omnibus profuit, aut plus omnibus fructificasti, verbum insolens religiosissime vitans. Alia autem nouerat homo, quia unusquisque secundum suum laborem accipiet, non secundum promeritum. Et ob hoc in laboribus potius quam in profectibus gloriandum putauit: sicut alibi quous habes ipsum dicentem: In laboribus plurimis. Hoc exposcit à te Deus, ut tu quantum in te sit, proximi saluti impendas, hoc enim periculis, nihil ultra requirit, & tua tibi manent merita: Ita sit ut quod tuum est, nam Deus quod suum est, suis absque inia sollicitudine, & anxietate, curabit. Plana, viga, seruitam, & tua explucis partes: Tibi nihil deperit, dicente Scriptura: Reddet Deus mercedem laborum Sanctorum suorum.

Ad propositum expendunt D. Chrysof. a. D. 110. viii. Angustin. b. parabolam talentorum. et quod illi d. para. uita quod Dominus seruis suis præcepit, quando sua illis tradidit talenta, non ea mente fecerit, ut illi lucrum reterent ex illis reponatam, quibus negotiabantur, sed hoc tantum, ut ipsi ex illis talentis his & illis distribuere. Dominus autem ipse lucrum repeteret, vnde sic aliterum reprehendit: Quare non dedisti pecuniam tuam ad mensam et ego utique veniens eum vsu in proteris exegissim illam d. Cur ad cambium meam lego d. his & illis non dedisti pecuniam, & ego ab illis exegim eius rationem. q. d. interprete D. Chrysof.) vos ad hoc tantummodo constringo, ut Dei pecuniam erogetis ad vsuram, hoc est verbum suum diuinum, suam doctrinam, suam correptionem, ad conuertendum, lucrandumque peccatores. Si his illi non respondeant, ab illis seueram Deus repeterationem, sicutque residet tribunali quo fructu illas acceperint sibi facultates, & cur lucrum non retulerint expectatum. Proinde, si tua non succuris correptione peccatori, hinc ob sua puniet scelera te verò ob omisam plectere correptionem. Fortò si illum admonueris, tibi dignam rependet pro eo mercedem, quod in gratiam fecisti peccatoris, alterum vero pro peccato-

VII. Allegoria de talentis.

Notat secundò: doctrinam Apostoli, diuine adhibendum misericordiam, eiusque liberalitati non parum, quod mercedem nostris operibus præstitutam, eorum non alligauerit effectum, bene quidem labori, quem ad illos eius amore suscipi-

non castigabit lenius, eo praesertim quod a te traditam, non suscepit correptionem, nec saluti suae consuluerit, nec illum assumpserit finem, quem illi, ne mergeretur, adiecisti. Eritque hic articulus singularis, ad formandum aeternae suae processum damnationis pro ut dilveide Dominus per Ezechielem his verbis declarat, quae ex sententia D. Augustini, omnes enervant oppositas rationes, eorum qui dicunt: Domine mea ne uti-  
tiameris ei, neque locutus fueris ut auertatur a via sua impia, & vivat, ipse impius in impietate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem tu annuntiaueris impio, & ille non fuerit conversus &c. ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberaisti. Hoc opus illi ad grauiorem cedet damnationem, tibi vero ad salutem, praemium, mercedemque infinitam.

L. de corr. & grat. e. 16. quod est ultim. hanc. 3. 17.

VIII. Similitudo.

Inferitigitur ex his D. Chrysof. & efficaci contra te virget ratione. Sit ita, quod agricola seminet, necdum nulla securus de messe, sed quod fieri possit, quod quidquid agit, inutile sit & sibi perniciosum, quoque ad extremam redigatur fortunam, ut eorum plurimi, annis sterilitatis, & quod saepe lapsus micat piscator sagenam, nulla alterius fiducia fretus utilitatis, quam temporis perditionis, & patientiae. Alius denique nauis marique se committat, nullius certus lucri, sed se suaeque omnia maris fluctuum exponens discrimini. Tu vero, qui certo certius nosti nihil tibi hoc in casu posse deperire, si correptionem seminaveris, si rete fratri tuo capiendo expanderis: quia quemcumque res euentum habuerit, certa semper spectat te merces, salua sunt tua tibi praemia, mentis tamen adeo vitas incers, & excusate te posse tibi persuadere hac friuola ratione: nullam referam utilitatem? Cave ne tibi Deus impropere: Quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego vti que veniens, cum usuru exogissem illam. Quadrant operum proposito verba D. August. Quid tibi est curare aliena peccata: sufficit tibi animam meam integram seruare Deo. Eia, non tibi venit in mentem seruis ille, qui abscondit talentum, & noluit erogare? Namquid accusatus est, quia perdidit, & non quia sine lucro seruauit?

D. Aug. Tract. 10. in Ioan. To. 9.

§. 14. Si hac vice fructum non feceris, altera facies, & Dei causam iustificabis.

Liam addit confirmationem D. Chrysof. si est quam ut tertiam ponimus rationem. Dic la pro mihi, precor, quando robustissimam quere um demoliri, quam vix extensis valis complecti brachijs, vel pergis de caute seuro-  
pe dissecare lapidem praegrandum, quid tibi prosperi successus ingerit quare, fiduciam? Quae tu praesertim ratione quorcum prostrerere, ar-  
star artis durissimam, & quae singulos repercutit ictus ascia? Quo modo lapidis dissecare fragmen, quod mallico contusum scintillas emittit acutissimas? Duobus, Domine: quia non vis desistam ictu vel duobus, sed ad centum vsque & mille si necesse fuerit, ingeminabo insatigabilis. Proximus tuus impudicus forator, quercus est (inquit D. Chrysof.) glandes germinans deliciarum, aptum pascentis porcis alimentum, huc etenim, ut alter prodigus pedulus intendit operi. Ne putaueris, quod unico illum ictu sic deiecturus, sed ictus sunt iterandi, sapius ex hac & illa parte corripientis. Petra est, quam si cor-  
reptus nis ascia perculseris, in te scintillas eiaco-  
labitur. Non hoc te deterreat, redi, verbera mul-  
tiplica; confide, quod tandem aspirante Deo-  
de vita sua perueria illum sis relecturus: Quomodo vno die cadet (loquitur D. Chrysof.) quae tanto tempore radices misit? Si enim bis, si ter, si centies, si milies, &c.

Phrasis hoc declarat S. Scripturae, quae corripere, monere, praedicare, vocat seminare, ut notantur D. Chrysof. a. D. Basilii b. & hoc ipsum indicat Spiritus S. termino vsus seminandi. Labia sapientum disseminabunt scientiam. Expectus agricola; (loquitur D. Clemens Papa ex persona D. Petri.) non ideo, quia non feliciter luceffit, nec fructum attulit quod semel seminavit, ab opere desistit, nec ultra reuertitur, quoniam hoc repetit opus animosior: iam enim dixit Spiritus S. Mane semina semen tuum, & vespere reuertens ad modum seminantis, aiebat D. Petrus.

Haec est D. Ambrosij, sententia: subtiliter enim expendit, quod Noe egit cum columba. Primum emisit columbam de arca: Quae cum iterum non inuenisset, ubi requiesceret pes eius, remissa est ad eum in arcam. Noe columbam introduxit, & septem thebus sustinuit. Modo videamus, si di-  
minuta sunt aquae & iterum emisit columbam: Colu-